

arte. 19. de facultatibus, quas vocant, ad eoque;
 de connexionione disciplinarum. 20. de præle-
 ctionibus. 21. de examinibus. 22. de exerci-
 tatione seu usu studiorum. 23. de lectione.
 24. de memoriæ exercitatione. 25. de scripti-
 one. 26. de imitatione. 27. de declamatio-
 ne. 28. de disputatione. 29. de exercitatione
 corporis. 30. de diligentia. 31. de indiligen-
 tia & otio. 32. de relaxatione.

Historica canonica, sive technologia pars hos ordine 2. *Historica,*
titulos continebit.

1 De Philosophis, eorumque; sectis: ubi de
 præceptoribus, & discipulis.

2 De libris & bibliothecis.

3 De Scholis.

4 De gradibus in Academiis.

5 De Musæis.

6 De Peregrinatione.

Tertia canonica, seu technologia pars, est methodi- 3. *Methodi-*
ca; quæ est generalis introductio in omnes sapientias, *ca.*
scientias, prudentias & artes, de methodo in iis obser-
vanda: non Logicâ illâ, quæ est vel Analytica,
vel Synthetica, ut Peripateticis placet; vel, ut
Raméi volunt, unica: sed de ea, quæ est notio
prima, quæ jubet quamlibet disciplinam in
quatuor secare partes, in quibus singulis ob-
servantur leges methodi Logicæ.

Ista methodus est duplex: una Sturmii, altera mi-
xta, quam è Beurhusio, Keckermanno, & Timplero
hausimus.

Sturmius hanc methodum observandam ef- *Methodica*
se docet in epistolis classicis & Academicis. Si- *Sturmii.*

b ij